

11 q. 17. limitat. 22. num. 13. Marta de jurisd. 3. p. capit. 14. num. 32. fol. 328. Qui omnes dicunt hanc dictionem, nisi, positam in sententiis, facere eas conditionales, secundum Decium in d. cap. preterea, notabili 1. per illum textum Lapum allegatione 73. n. 4. Rotam dec. 9. in fin. alias 444. extra Rotam in finalibus verbis de dolo & contumacia, in novis.

Secundò limitatur, quòd licet iudex Ecclesiasticus possit (etiam pendente appellatione ab excommunicatione purè lata, quà est excommunicatus ligatus, ut dictum est) devenire ad denuntiationem, & ejus publicationem, nec tunc dicitur attentare: juxta textum in c. pastoralis, §. verum, ibi, ipsum excommunicatum denuntiare potest ut ab aliis vitetur, de appellationibus, ubi latè Philipp. Franc. n. 3. & per totum, & ceteri Doctores, Specula titulo de appell. §. novissimè, Lancel. Conrad. de pretere, §. 2. de officio pres. in causis civ. lib. cap. de appellat. num. 20. versiculo 5. quando excommunicatus, Rota decisione 36. alias 426. si Decanus, §. ex eodem facto de procur. in novis, & post Abbatem, & Franchum in d. §. verum, & Joannem Andream in cap. venerabilibus, de sententia excommunic. in 6. tenet Marant. in speculo, questione 2. 3. part. principali, num. 167. Petrus Dueñas regul. 42. num. 8. versiculo octavo fallit, in 1. part. Lancelot. Robert. de attentatis, 2. part. cap. 12. limitat. 21. nu. 8. & à principio, Egidius decisione 411. denuntiatio partis, Joannes Baptista Afinius in praxi judiciali, §. 7. c. 5. limit. 136. versicul. 136. citato, num. 2. Romanus conf. 482. n. 5. incipit in casu premissis, Cosmas in pragmat. Sanctio. Gallicana, super extravaganti ad vitanda scandala, in verbo specialiter, varias omnes reddentes rationes, tum quia denuntiatio est consecutiva, &

12 accessoria ad excommunicationem, & ex eo etiam interposita appellatio ab excommunicatione potest fieri: tum etiam quia cum excommunicatio pura secum

14 trahit executionem, excommunicatus per denuntiationem amplius non ligatur, & nihil ad executionem addat, cum respectu ipsius excommunicati, censura repellit eum à communicatione, celebratione, ceterisque actibus excommunicato vetitis, notat Felin. in cap. Rodolphus, n. 38. ad finem, de rescrip. Cov. in cap. alma mater, 3. p. relectionis, §. 2. nu. 11. Joan. Gutierrez, canonicarum questionum c. 1. num. 36. cum sequentibus, ubi ad hoc propositum alia plura adducit, & à num. 53. latè apponit stylum, modumque proferendi hujusmodi declarationes, & denuntiationes, & affigendi latrones, seu zedulones Romanæ Curie. Vide Marquessan. de commiss. 1. part. cap. 19. n. 17.

16 Tamen iudex Ecclesiasticus non debet expedire declarationem, & aggravationem, per quam pars plus ligetur, & gravetur, ultra excommunicationem jam latam, prout est aggravatio, & reaggravatio, & illa denuntiatio, de qua in cap. tua, de sentent. excommunic. ubi incendiarii, & alii, de quibus sibi per denuntiationem in eo plus gravantur, quia facta publicatione, ab alio quàm à Papa absolvi nequeant, & ideo à tali declaratione licita erit appellatio, tanquam excessiva, ex quo tunc cessat ratio textus in d. §. verum, ut ex doctrina Immolet tenet Philippus Franc. ubi num. 25. versiculo 4. queritur, quam opinionem ut tutiorem, & veterem contra decisionem Rotæ, & Milis ibi citatos tenet Lancelot. de attentatis, 2. part. c. 12. limit. 21. n. 14. & 15. Scaccia tractatu de appell. qu. 17. limit. 22. sub n. 6. & n. 12. & ita intelligendus (qui aliquantulum intricatè loquitur) Marta de jurisdictione, 3. part. cap. 13. per totum. Multa de hac limitatione Hieron. Campanil. diver. jur. rubrica 11. cap. 15. n. 42. post Gutierri. Marium, Alter, & alios.

17 Et idem erit in ignoranter excommunicato, nam si talis à die notitiæ appellet, appellatione pendente non potest fieri denuntiatio, seu publicatio, juxta formam textus in cap. illud, & cap. penult. de clerico

excommunicato ministrante, & ideo iudex attentare dicitur, ut tenent post Joannem Andream, Immolet, Geminian. & Lapum, Franc. in d. §. verum, quest. 5. n. 26. quem referens sequitur Lancelot. ubi supra, 2. p. cap. 12. limit. 11. n. 20.

Tertia limitatio erit, ut licita sit appellatio, quoties emittitur à præcepto facto sub pœna excommunicationis, quia ab hujusmodi præcepto potest appellari judicialiter, & extrajudicialiter, & appellatio suspendit, in tantum, quod si iudex excommunicaret, aut declararet, excommunicatio esset nulla, textus in cap. dilecti 52. de appellati. & ibi Abb. not. 1. n. 2. idem Abb. in cap. 18. consuluit, n. 8. versiculo ex his, eodem titulo, de appell. Angel. conf. 88. & Maran. in spec. p. 6. act. 2. princ. in verbo & quandoque appellatur, limit. 5. n. 181. fol. 484. & quod potest appellari à sententia ferenda, & sic à comminata excommunicatione, & appellatio suspendat, referunt, & sequuntur Scaccia de app. q. 17. lim. 22. 19. n. 47. Prosperus Farin. in præct. crim. q. 101. n. 70. Marta de jurisdictione, 3. p. c. 12. n. 3. & 2. fol. 323. ubi alios allegat, & quod à communicatione judicis executiva gravaminis jam illati de præterito, putà; quando iudex præcepit parti, ut aliquid daret, vel faceret sub pœna excommunicationis, possit appellari, scribit Philipp. Franc. in cap. cum cessante 60. not. ultim. sub n. 6. de app. 20. & facit Cardin. Alexand. in c. dilecti 63. n. 9. vers. & per istum textum, de appell.

Quarta erit limitatio, ut tunc sit nulla excommunicatio, & declaratio, seu ejus denuntiatio, lata post legitimam interpositam appellationem, quia appellatio præcedens sententiam censuræ suspendit ejus effectus, etiam nullam reddit, textus est in cap. per tuas, de sentent. excommunic. ubi omnes Philipp. Franc. in cap. ad presentiam, n. 3. 4. & 5. de appell. & in cap. dilecti 55. not. ultim. n. 12. 13. & 14. de appell. & idem Franch. in cap. qua fronte 25. n. 29. & in c. sepe 44. sub n. 3. versiculo in gloss. in versiculo rapta, de appell. & idem Franc. in cap. ad hoc quoniam, n. 2. in fin. eodem tit. & in c. dilecti filii 51. n. 2. & n. 3. nota 3. de appell. Navarr. in c. cum contingat, fol. 84. multa in propositum adducens. Scaccia tractatu de appell. q. 17. lim. 42. n. 54. Villalobos in summa tractatu 16. difficultate 13. n. 3. & 4. per textum in c. dilecti de appell. & in c. per tuas, de sentent. excommunic. & c. ad presentiam, de appell.

Adeo ut excommunicatus, aut alia censura affectus, si clericus est, possit eadem appellatione pendente, absque aliqua irregularitate celebrare, & profequi officium suum in divinis, tenet Scaccia ubi proximè, Franc. in d. c. cap. presentiam, n. 3. 4. & 5. Lancelot. de attent. 2. p. cap. 12. limit. n. 5. & post Panormitanum in c. pastoralis, §. verum, de appell. Dominicum in c. soler. Felin. in c. Rodolphus, n. 43. de rescriptis, tenet Villalobos ubi supra, num. 3. adducens fundamentum, quare eandem excommunicationem, & insuper subsecutam declarationem, ut attentata reponenda, meritò firmant prædicti Doctores: imò potius ab ipsa excommunicatione, & censuris, quæ suum non operantur effectum, appellationsi ut legitimæ deferendum est, juxta regulam legis quæ tenet, §. condemnatum, ff. de re judicata, & ea quæ latè in ejus comprobationem congeremus infra, 3. p. cap. 9.

Quinta limitatio sit, ut si monitoria concederentur, ubi concedenda non sunt, appellatio licita est, quia factus, per quem designatur futurum gravamen Felin. in c. significaverunt, n. 9. de testibus, Marta in tractatu de jurisdictione, 3. part. c. 12. n. 4. qui post Lancelotum in tractatu de attentatis, 2. p. c. 12. limit. 50. n. 71. consuluit, ut appellet gravatus ab illo actu, tanquam ab illato gravamine, sed petat illud revocari, & si non revocetur, poterit à non revocatione appellari, & per textum in c. sacro. de sentent. excommunic. dixit ipse Marta eadem 2. p. cap. 14. num. 2. quòd si excommunicatio, seu censura

18 sint

19

20

21

22

23

24

25

26

27

28

29

30

31

32

sint nullæ, poterit gravatus ab excommunicatione petere, ut censuras reponat; & à non repositione appellare poterit.

26 Quæ limitatio generaliter vera, potest verificari in quibusvis censuris, nulliter, non canonicè, minusque solemniter, aut jure resistente expeditis, quos omnes casus, quando scilicet excommunicatio, & alia censura sint injusta, aut nulla ipso jure, singulatim congerit Marta de jurisdictione, d. 3. p. c. 14. per tot. qui nu. 15. adducit dispositionem Concilii Trident. sess. 25. capite 3. excommunicationes pro causa pecuniaria non nisi in subsidium relaxari jubentur, & pro ultimo remedio executionis apponitur, cum ipsa excommunicatio, & censura via sit executiva, & extraordinaria; ut post alios dixit ipse Marta d. cap. 18. nu. 21. ubi per totum capitulum per te videre poteris, speciales casus, qui nulli redduntur ex defectu sive solemnitate, sive potestatis, sive jure resistanti, ad quos te libenter remitto,

27 in quibus omnibus pariter licitam esse appellationem omnino affirmandum est, quia quod est nullum, executionem non meretur, nec tunc excommunicatio ligat, juxta dicta in antecedenti limitatione.

28 Sexta erit limitatio, ut si Episcopus denegaret literas monitoriales, ad finem revelationis sub pœna excommunicationis, quæ sunt ad finem revelationis, poterit à tali denegatione appellare ad Metropolitanum, quamvis resideat in ejus arbitrio eas concedere, tenent Prosper. de Augustino in additio. ad Quarantam, in summa Bullarii, verbo excommunicatio, ad finem revelationis, pagina 322. & verbo Archiepiscopi auctoritas, versiculo 19. auctoritas, in fine, pagina mihi 77. Borfol. in remissio, ad Concilium, sessione 25. de reformatione, cap. 3. sub numero 1. ubi congerit nonnullos Doctores de hujusmodi literis monitorialibus ad finem revelationis tractantes, per quos quinque requisita necessaria, ut illa relaxentur, pernotat, ultra quos etiam de hac materia latè tractat Xarez tomo 5. disputa. 20. sess. 3. regul. 2. Marcus Antonius Genuens. in praxi Curia Archiepiscopalis, c. 2. per totum, & plures alios adducit Giurba dec. 94. per totum, ubi latissimè tractat de hac materia, & copiosè etiam per Hieron. Campan. diver. jur. rubr. 11. c. 11. à n. 93. cum pluribus seqq.

29 Et sit septima limitatio; nempe appellationem à prædicta sententia declaratoria interposita omnino suspendere effectum ejus, adeo ut interim appellans non debeat vitari, nec adhuc publicari, quod dictum attridit Lapo Cardinalis in clement. 1. §. si quis, quest. 11. de sequest. possess. & fruct. & eam valde commendat Felinus in cap. Rodolphus, columna penultima, de rescrip. Decius in cap. pervenit 1. columna 2. de appellatio. & ante omnes Joannes Andr. in dict. §. verum, cap. pastoralis, eo fundamento, nam licet à pœna legis appellari non possit, leg. si qua pœna, ff. de verborum signif. cap. quia nos, ubi glossa communiter recepta de appellat. gloss. in cap. super his, de accusatio. verbo arbitrium, Grati. discip. foren. c. 232. à num. 19. & seqq. Roman. singula. 216. à pœna legis, & ibi additionator Franc. in c. pervenit, in fin. n. 14. & in c. consuluit, 29. n. 4. de appellatio. Felin. in c. cum non ab homine, sub num. 12. versiculo nota, quòd de iudicis, & in cap. preterea, limit. 4. sub nu. 6. de desponsatio. Decius in cap. cum cessante 60. numero 30. de appellat. Nicellus tractatu de concord. glossa concord. 6. fallentia 36. nu. 78. fol. 194. Cornaz. in Lucensi decis. 193. in causa N. sub numero 5. versiculo 6. Farinac. in practic. crim. qu. 101. limitat. 12. num. 61. Capius decisione 1. num. 19. à declaratione tamen aliquem in eam incidisse, vel non, & iusta, & ut legitima admittitur, gl. in cap. cupientes, §. insuper, verbo privatos, de electione, libro 6. communiter ibi recepta. Ludovicus Romanus singular. 213. à pœna, Felinus in dict. cap. Rodolphus, Panorm. cum Parosino, & Decio in dict. cap. pervenit, idem Panormi in cap. super his, de causa colum. fin. & ceteri adducti à Gualgado de Proteg. Reg.

30

31

32

33

34

35

36

37

38

39

40

tierrez conf. 10. n. 15. & tenent etiam mox citandi omnes Doctores: latè, & optimè profequitur Hiero. Campa, diver. jur. rubr. 11. c. 15. à n. 43. plures citans.

Et hinc dicit Cardin. in d. qu. 11. & Bonifa. ibi post Lapum, nempe majoris virtutis esse appellationem à declaratoria, quoad vitandam evitacionem ejus, qui declaratus appellavit, quàm appellationem præcedentem ab ipsa excommunicatione, quoniam hæc solum efficit, ut non debeat vitari in extrajudicialibus, ut latè per Franc. in d. §. verum, declaratoria autem sententia efficit, ut appellans non vitetur etiam in judicialibus. Quam conclusionem longè pulcherrimam, & à nemine recentiorum animadvertam dicit Navarr. in præct. cap. cum contingat, 15. causa nullitatis, ante finem, & à princ. de appellatione ab hac declaratoria, quocumque cum appellatio utique iusta, & legitima sit, si pro ejus delatione supremum tribunal adeatur, vim fieri deferre, & reponere declarabit. Vide quæ latè Hieronym. Campan. ubi proximè, post Covarr. Navar. Ugol. & alios.

Quæ cum omnino suspendat effectum excommunicationis, non poterit in ejus præjudicium interim excommunicatum denuntiare, interim enim ligatus non est, & sic denuntiatio, & publicatio super ea succedens est nulla, & innovatum, & attentatum esset evidens, & notorium, quia id impedit appellatio. Petrus Duennas regul. 42. num. 8. Maranta ubi supra, 6. part. actu 2. princ. verbo & quandoque appellatur, limit. 5. num. 180. supra, numero 169. Felin. in cap. cum non ab homine, colum. fin. num. 12. de iudic. post Romanum, & alios per eum allegatos. Put. decisione 271. Papa num. 1. & 4. lib. 3. Rota diver. forum decis. 100. ex novis, num. 3. & 31. in fin. p. 1. Lancelot. de attentat. 2. p. c. 12. limit. 21. n. 21. & seqq. Prosper. Farin. ubi supra, dict. qu. 181. n. 67. Franch. in d. c. Pastoralis, nu. 27. col. fin. q. 6. qui allegat textum in c. pervenit, el. 1. de appellat. Capius dec. 1. in causa domini Comitis, n. 19. Anton. Gabriel. comm. opinio. lib. 6. de regul. jur. conclus. 3. nu. 59. Navarr. ubi proximè, qui omnes hanc firmant conclusionem, ex ratione, de qua supra, nempe; appellationem à declaratoria sententia ejus effectum suspendere, & sic nuntiationem, & publicationem excommunicationis (quæ non est) nullam esse posse, quia qualitas non potest esse sine subiecto, ac ideo cum sit innovatum, & attentatum, reponere iudex debet virtute provisionis ordinariæ.

Quod fallit tribus modis; scilicet quando factum est notorium, & in declaratoria sententia, quæ sit in obligationibus in forma Camere, & in declaratoria facta vigore executorialium, & rei judicata, quibus casibus potest ad denuntiationem devenire pendente appellatione à declaratoria sententia, quos scribit omnes Lancelot. qui Rotæ decisionem allegat in tractatu de attentat. 2. p. cap. 12. limit. 21. nu. 25. cum sequentibus, Casar. Contar. in leg. uni. lim. 19. num. 19. in fin. & n. 20. C. si de nomen. poss.

Quæ quidem limitatio procedit etiam in declaratoria incurfus censurarum contra obligatum in forma camere, quia appellatio à declaratoria isto casu non suspendit denuntiationem, & publicationem faciendam, quia cum ab ipsa executione non potest appellari, ita nec ab hac declaratione incurfus censurarum, quæ pars executionis est. Sigismund. Scaccia de appella. quest. 17. limit. 42. à numero 43. & sequentibus, Galleus ad formam camere obli. n. 2. part. 3. prin. in c. reliqua, de processu, num. 43. junctis n. 38. & sequentibus, fol. 163. quem refert, & sequitur Lancelot. d. limit. 22. num. 26. quem vide c. 12. limit. 50. n. 118. & 119. & nos dicemus latius infra, in 4. p. c. 5. à n. 68. & in hac 2. p. c. 3. per totum, & præcipuè à n. 12.

Nunc autem succedit inquirere; an à sententia interdicti vel suspensionis emissæ appellationsi, sit deferendum. Pro cuius satisfactio, brevis dicendum est, quòd

40

41

42

43

44

45

46

47

48

49

50

51

52

53

54

55



quod cum excommunicatio, suspensio, & interdictum sit censura Ecclesiastica, ut probatur in d. c. *querenti, de verborum sign.* & ex autoritatibus infra adducendis  
 41 apparebit, & ad princ. hujus cap. diximus, interdictum enim duplici modo fieri solet, & emitri, aut in locum, populum, vel civitatem propter aliquam personam, & tunc suspenduntur divina officia, Sacramentorumque activa, & passiva celebratio, prohibens Ecclesiastica sepultura, de quo interdicto late videre poteris per Cov. in c. *alma mater, 2. p. pro electio. §. 1. à n. 2. & Zerolam n. praxi Episcopali, p. 1. verbo interdictum.*  
 42 Aliud etiam interdictum ingressus Ecclesie, & qui hoc genus interdicti patitur, sibi censetur in ipsa Ecclesia celebratio divinorum interdicta, qui irregularis efficitur, si contra hoc interdictum in ea Ecclesia se divinis ingerat, & sicut antea suum officium ministraverit, ut probatur in cap. *is cui, de sententia excommunicationis, lib. 6. Domi. ibi post Calderi. Sylvest. in verbo interdictum, §. 6. apud quos de materia multa scitu digna cognoscet, & cui ingressus Ecclesie interdictus est, jurisdictionem Ecclesiasticam exercere posse, ea*  
 43 etenim suspensus non est, gloss. est memorabilis in cap. *sacro, in verbo interdictum, de sententia excommunicationis, lib. 6. ibi communitur Doctores sequuntur, Abb. in c. ab excommunic. 4. col. de rescriptis, Milis in repertorio, in verbo*  
 44 *suspensus, Salced. in addit. in pract. cr. Bernard. Diaz, c. 129. verbo ab ingressu Ecclesie interd. lit. A, quod interdictum pro contumacia sicut excommunicatio, & pro crimine etiam imponi potest, & quando in interdicto negatur sepultura, vide Bernard. Diaz ubi proxime, Cov. melius in c. Alma mater, §. 1. 2. p. apud quos vide de materia hujus interdicti ingressus, & de interdicto locali latissimè rem hanc attingentes.*  
 45 Pena autem suspensionis major est, & illa interdicti, de qua diximus, ut notat Bernard. Diaz ubi proxime, in princ. per hanc namque suspenditur, vel interdicitur officium, vel exercitum competens alicui personæ Ecclesiasticæ, quæ suspensio aliquando à jure, aliquando verò à iudice fit. In qua inferenda iudex advertere debet si eam imponat in penam delicti, monitio non est necessaria; quando autem pro contumacia fertur, absque ea, sicut in excommunicatione ferenda non est, tenent Abb. in c. *reprehensibilis, de appell. per Innocentium, in cap. 1. de excessibus Prælatorum, Cardin. in dem. fin. de pœnis, Sylvest. in summa, verbo suspensio, §. 4. & quod propter delictum ferri possit suspensio, probat textus in cap. *tom. literis, de testibus, in cap. in loco §. quest. 4. & Abb. ubi supra, & quando pro crimine, & delicto hæc pena imponitur, providendum est suspensio à beneficio, ne cogatur mendicare, quando autem pro contumacia infertur, nullo modo, cum possit sibi providere, satisfaciendo, ita notant Abb. in cap. *pastoralis, §. verum, col. penult. de appellat. & ubi etiam Philipp. Fran. sic intelligentes gl. in cap. cum Vintoniensis, de electione, & de aliis qualitatibus, quas iudex in infligenda hac*  
 48 pena suspensionis præ oculis debeat habere, & quod aliquando eam emitat temporalem, & aliquando perpetuam, & pro quibus criminibus sit imponenda, & an suspensus ab unius ordinis; putà, sacerdotalis exercitio possit suspensus cætera exercere, vide Bernardinum Diaz ubi supra, in cap. 130. verbo suspendi, & ibi ejus additionator Salced. ubi alios in materia allegatos, apud quem pluribus, & utilissimis questionibus videri poteris, quas omitto, quia ad nos non pertinent; vide etiam Zerolam in praxi Episcopali, 1. part. verbo suspensio per totum.  
 49 Cum igitur hæc tria, excommunicatio, suspensio, & interdictum inter se cognitionem quandam habere videantur, in omnibus jus quoad appellationis effectum pariter disponit, & ideo appellationem à suspensione, ac interdicto admittendam non esse, eo modo quo ab excommunicatione, diximus superius, ex**

paritate, & identitate rationis, cum sanè sicut excommunicatio, sic ab officio, vel ab ingressu Ecclesie, lata suspensio, ipsiusque effectus per appellationem sequentem minimè suspenditur. Verba sunt text. in cap. *is cui, §. sane sicut excommunicatio, de sententia excommunicationis, lib. 6.* Ad hæc, quoniam sub interdicto aliqui constituti appellant, & deinde illud servare contemnunt, quid in hoc casu servandum sit, consulere voluisti, &c. ut inquit text. in c. *ad hæc quoniam, de appell. quæ jura illud decrevere, appellationem emissam à purè lata sententia interdicti, seu suspensionis non esse talis potentie, & efficacie, ut queat impedire effectum & executionem, quam secum ipsa trahit, admittat excommunicationis, Speculator titulo de appellatio. §. in quibus, sub num. 16. vers. 17. libr. 2. fol. 186. Decius in c. reprehensibilis, de appellat. Nicellus tract. de concord. gloss. concord. 6. fall. 3. 1. n. 73. fol. 194. Maran. in speculo 6. part. 2. pr. verb. & quandoque appellatur, num. 351. & n. 178. Scacc. de appella. c. 3. à 65. & 77. & q. 17. lim. 42. à n. 1. Prosp. Pari. in pract. crim. q. 101. lim. 13. n. 66. & 69. & probant communiter DD. in d. cap. *adhæc, & in d. c. is cui, & præcipuè Phil. Fran. idem dicit Bald. in Margia. Innoc. verbo interdictum, Guido Papæ qu. cit. num. 86. Zerola in praxi Episcopali verbo appell. 1. p. §. ad undecimum dico post medium, Nicolaus Milis in verbo appellatio. Lancelot. Robert. de attentatis, 2. p. cap. 12. in præfatione, num. 104. facit gl. & omnes præciati DD. hucusque relati, qui promiscuè loquuntur de excommunicatione, & suspensione, seu interdicto; quia in omnibus parificantur, & facit gl. in d. c. *adhæc, ibi, æquiparantur, super qua dicit Innocent. quod hujus sententiæ censuræ æquiparantur inter se primò ibi, in text. d. cap. *adhæc, quia sicut appellatio non suspendit executionem, ita nec interdictum, & suspensionem; & in d. c. is cui. Secundò æquiparantur, quia sicut excommunicatio lata post appellationem legitimam est nulla, ex cap. per tuas, de sentent. excommu. ita suspensio, & interdictum, ut per textum in cap. dilectus de appellationibus. Tertio quia omnes hæc sententiæ censuræ requirunt monitionem præcedere, cap. reprehensibilis de appella. ubi notatur. Quarto æquiparantur, quia quilibet excommunicatus, suspensus, vel interdictus à divinis, vel spiritualibus, ut supra, celebrans, interim in divinis, remanet irregularis, ut probatur in d. cap. *is cui, & cap. 3. de clerico excommunicato, à qua irregularitate solus Papa absolvit, ut in d. c. 1. & in cap. clerici, de cleri. excommu. Quintò, quia in omnibus pariter fit absolutio præstito juramento de prærendo mandatis Ecclesie, cap. venerabili, de sentent. excommu. Deinde quia in omni sententia censuræ potest fieri relaxatio, & absolutio ad cautelam in d. cap. venerabili, & in gloss. dict. cap. *adhæc de super. quia omnes ligant, sive iustæ, sive injustæ, cap. 1. cap. si quis presbyter, c. si Episcop. 11. q. 3. saltim in omnibus æquiparantur, ut notat Philipp. Fran. in d. c. *adhæc, circa prin. & post Innoc. licèt in aliquibus differant casibus; quia excommunicatio fertur in personam non in locum, ut c. Romana, §. in universitatem, de sentent. excommu. lib. 6. sed interdictum potest ferri tam in personam, quam in loca, text. in c. non est, de sponsa. cap. fin. de sentent. excomm. lib. 6. & alias dictas differentias videre poteris per Franc. ibi.*  
 Et ideo non sine fundamento dicit Lancel. de attentatis, ubi proxime, limitatione 30. n. 10. ea omnia, quæ supra diximus in limitationem, & ampliationem circa appellationem ab excommunicatione intelligenda esse, & reperenda etiam pendente appellatione à sententia suspensionis, & interdicti, & in quibus supra diximus vim fieri erga excommunicationem, & nos dicimus id repetens in suspensione, & interdicto; nam sicut æquiparantur, ut non suspendatur effectus per appellationem, ita debent, & in limitationibus æquiparari, quod probabile est, quia non apparet diversitatis ratio, ubi******

55 ubi per Lancelotum. Et probatur etiam, quia quando duo casus æquiparantur à jure, dispositum in uno censetur tacitè in alio dispositum, etiam in materia quantumcumque odiosa, & correctoria, textus est in leg. *si quis servo, junctâ gloss. fin. Cod. de furtis, & ibi communis textus in cap. filius, de pœnis in 6. ubi communis, & ut late per Antonium Gomezium in leg. 4. Tauri, num. penultimo, & ultim. & passim alibi, quia æquiparatorum idem jus est, maximè ubi militat eadem ratio, ex juribus vulgaribus, & ex his, quæ late Everardus in locis legalib. loco a pari, folio 404. imò potius, omnes limitationes, & doctrinæ, quæ hæctenus dictæ sunt, pariter procedunt, & loquuntur in suspensione, & interdicto, prout expressè loquuntur Doctores.  
 Et ex hac æquiparatione resultat, quod quemadmodum appellatio ab excommunicatione lata sub conditione suspendat omnes effectus ejus, (ut supra diximus adeo ut nec ad denuntiationem perveniri potest, juxta ea, quæ late adducit Lancelot. de attentatis, 2. part. cap. 12. limit. 2. à num. 30. ubi innovatum, & attentatum, ex pluribus probat esse, quidquid ea pendente iudex gesserit; ita & eodem modo ad ejus similitudinem appellatio emissa à sententia suspensionis, vel interdicti, sub conditione lata, suspendit omnem effectum ejus, ita ut interim nec interdictus, nec suspensus appellans sit; sed potest sicut prius, se divinis ingerere, quia tunc sententia non trahit secum executionem; ita probat textus expressus in d. cap. præterea de appellat. aded ut etiam post conditionis eventum non liget, dum ea pendente appelletur, ex quo enim nondum injecerat vinculum ex impedimento conditionis, quo etiam tempore appellatio proponitur ante perfectum gravamen, nihil mirum, si postea conditione adveniente, non retrahatur ad principium gravaminis, & sic ad extremum à quo, quia idem invenit inhabile prout suspensus per appellationem, argumento text. in cap. *venientes; de jurejur. & in simili est text. in c. quamvis, de rescriptis in 6. ut dicit, & responder Philipp. Fran. in d. cap. *adhæc, ubi responder ad aliqua jura in contrarium 1. col. versu solo in eadem gloss. ubi lex potior, &c. ubi etiam dicit post Baldum, quod conditio non trahitur retrò, quando aliquid resultat contra juris dispositionem, ex l. talis scriptura & ibi per glossam ff. de leg. 1. & gl. & Doct. in c. si propter, de rescriptis 6. idem tenet Lapus alleg. 7. Prælatum n. 4. ante quos Joan. Andr. in dict. c. is cui de sent. excommu. lib. 6. num. 4. Rota decis. 19. alias 444. extra Rotam in finalibus verbis, de dolo, & contum. in novis, Lancelot. ubi proxime. Qui omnes hanc tenent conclusionem, quod in sententiis censurarum per appellationem nullum habent effectum, nec possunt interim ligare, nec etiam conditio tunc trahitur retrò. Et si etiam omnia gesta à iudice post appellationem, vel intra tempus ad appellandum à censuris conditionalibus simul cum delatione, debent reponi virtute provisionis ordinariæ à Curia suprema emanatæ, prout etiam late supra diximus de appellatione ab excommunicatione conditionalis, quia omnes Doctores pariter loquuntur in interdicto, & suspensione, quæ sub censura continentur.  
 60 Ex hac etiam censurarum cognitione infertur, judicem pendente appellatione à sententia purè lata excommunicationis, suspensionis, & interdicti, virtute provisionis ordinariæ non teneri reponere privationem fructuum, ad quam devenit ea pendente, qua non obstante dubium non est posse judicem absque metu, & pena attentati sic excommunicatum, suspensum, vel interdictum fructibus beneficii, & distributionibus quotidianis privare, ex text. in cap. *pastoralis, §. verum, ubi Abb. Imola, & Fran. n. 20. & seqq. de appellat. Ratio autem est, nam ex quo est divisus à communione Ecclesie, ejus præceptis contumax, & inobediens, non debet fructibus Ecclesie alimentari. Quam*  
 Salgado de Protect. Reg.***

rationem rectè reddit Maranta in speculo, quest. 2. 3. partis 6. part. prin. num. 168. Petrus Damas in reg. n. 8. Pro quo etiam facit, quod dicitur excommunicatum non facere fructus suos, ut tenet Puteus decisio 1. in titul. de sent. excommu. in cap. excommu. & alia Capella Tholosa decisio 28. incipit in una Brixien. Rota decis. 36. quam allegat Milis in repertorio. verbo attentata post executionem idem Marant. ead. 6. part. actu 2. prin. verbo, & quandoque appellatur, lim. 5. n. 179. fol. 484. Lancelot. de attent. 2. part. cap. 12. lim. 21. nu. 1. & fufius lim. 22. n. 1. & seqq. Abb. in cap. *pastoralis 53. verum, nota. ultim. nu. 6. & per omnem Præpositum Martan de jurisd. 3. p. c. 14. n. 1.*  
 Quod procedit, & extenditur, etiam si in sententia censuræ nihil de fructibus dictam sit, Abb. in dict. cap. *pastoralis, §. verum, sub num. 17. Maran. d. lim. 5. n. 179. fol. 584. Scacc. de appell. quest. 17. lim. 42. num. 8. & 9. & videndus quest. 3. à num. 76. & facit etiam distinctionem supra à nobis traditam in sententia suspensionis, ut si pro pena delicti imponatur, interim providetur, & aliter ex fructibus beneficii, si clericus suspensus, ne cogatur mendicare, sin verò & pro contumacia proponatur nullo modo aliter, nec providetur ex ratione à Doctoribus, quos ibi adduximus.  
 Quæ doctrina aded vera est, ut hac vita privatus be-64 neficii fructibus, eos non obtineat, nec consequatur per viam attentati, etiam si obrinuerit in processu causæ, & declaretur excommunicationem fuisse injustam, ut tenet Franc. in d. verum, num. 21. Lancelot. de attentat. 2. part. c. 12. lim. 22. n. 4. per viam autem querelæ bene potest eos recuperare, ut per eos ibi, & decisio. Tho. de Tan. 26. in cap. in una ubi voluit injustè excommunicatum fructus recuperare; quod intelligendum est per aliam viam, quam attentati, quia illa privatio, & innovatio fuit legitimè facta, & ex permissione juris, ut in dict. cap. verum, quæ intelligenda sunt in excommunicatione injusta, at in excommunicatione suspensione, vel interdicto nullo, juxta ea quæ adducit Nav. in præfatione, cap. cum contingat in oppositionibus, à princ. & præcipuè in vers. decimo infertur, nullo beneficiorum fructus abstrahi, &c.  
 Omnia sic prædicta, quibus diximus, & probavimus posse judicem non obstante appellatione à sententia censuræ, puta; excommunicationis, suspensionis, & interdicti innovare, & devenire ad denuntiationem, fructum privationem, & similia, cum suis declarationibus, de quibus suo loco adduxi, non procedunt, nec locum habent in iudice delegato, postquam hujusmodi appellationi à sententiæ suspensionis, excommunicationis, vel interdicti detulit, vel postquam superior ab ipso appellationem admisit, licèt ei non fuisset per inferiorem delatum, argumento cap. *pastoralis, §. præterea, de officio delegat. quia quando iudex delegatus appellationi defert, omnimodam jurisdictionem, à se dicitur abdicasse, & hanc limitationem adscribunt Philipp. Fran. post Innocentium per eum relatum in d. §. verum, quest. 7. num. 28. & eos referens sequitur Lancelot. Robert. de attent. 2. part. cap. 12. lim. 21. n. 10. & n. 20. & 29. & nos late Deo lucente suo loco tractabimus infra, 3. p. hujus operis. dum tractabimus de delatione appellationis late forsan.  
 Succedit nunc solvenda difficultas, an iudex vim faciat non deferens appellationi interpositæ à relaxatione excommunicationis, suspensionis, vel interdicti, & ea non obstante possit, ad effectum executionem, & sic ad absolutionem devenire, in quo articulo omiffa disputatione ita dico, hoc casu vim nullam esse posse, cum ea appellatione non obstante absolutio acceleratur, etiam si pars, quæ ab hujusmodi sententia, qua quis absolvendus declaratur, appellans allegaverit, se satisfactam non esse, vel aliam injustitiam, ut probatur ex text. in c. qua fronte, ubi iudex (ne in excommunicatione  
 R 3 decedat)**